

# CIVITATIS LIBER

De statuis sine tunicis & quibusdā aliis: & quæ prima Romæ statua equestris: & quādo omnes  
statuae priuatim & publicæ sublatæ: & quibus Romæ mulieribus: & quæ primæ ab exteris pu-  
blice positæ.

Cap.vi.

Corūca-  
nis Cn.  
popiliū.  
Reliqua

Eacā cre-  
do ne syl-  
la uetusti  
codices.

Superbi  
domus  
antiqui  
libr i.

**E**x iis Romuli est sine tunica: sicut & camilli in rostris & ante ædem Castor & fuit. M. Tremel  
lii equestris togata: qui sanites bis deuicerat. Captaq; anagni populu stipedio liberauerat.  
Inter antiquissimas sunt & Tulli Celii. L. Rosci. Et Sp. Matici fulcini in rostris a fidēnatibus  
in legatione intersectorum. Hoc a Romano populo tribui solebat iniuria cæsis: sicut. P. Junio. &  
T. Coruncano: qui ab Teuca illiricorum regina interfecti erant. Non omittendum: quod annotauere  
annales tripedaneas iis statuas in foro statuas. Hæc uidelicet mensura honorata tuc erat. Nō i rateri-  
bo. C. Octavium ob unum uerbū quo regem Antiochum dilatatum se responsum dicētem uirga q̄  
tenebat forte circucripsit: & priusquā egredieretur circulo illo: responsū dare coegit. In qua legatio-  
ne imperfecto sanatus statuā ponī iussit q̄ oculatissimo loco in rostris. Inuenitur & statua decreta & ta-  
raciæ caiæ siue Suffeciae uirgini uestali: ut poneretur ubi uellet. quod adiectū nō minus honoris hē.  
quā q̄ fœminæ est decreta. Miretum eius ipsi ponam annalium ueibis. Quod campum tyberinum  
gratificata ea esset populo. Inuenio & pythagoræ & Alcibiadi in cornibus comitii posita cū bello sā-  
natico Apollo pythius fortissimo græcorū gentis iussisset & alteri sapiētissimo simulacra celebri lo-  
co dicari: donec Sylla dictator ibi curiam faceat. Mirumq; est illos patres Socrati cunctis ab eodem  
deo sapiētia prælato pythagorā prætulisse: aut tot aliis uirtute Alcibiadē: aut quēquam utroq; The-  
mistroli. Columnæ ratio erat: attolli supra cæteros mortales: q̄ & arcus significant nouitio iumento.  
primus tamen honos cœpit a græcis. Nulliq; arbitror plures statuas dicatas quā phalerio Demetrio  
athenis. Siquidē. ccc. lx. statuere: quas mox lacerauerunt: nondū anno hunc numerū dicū excedē-  
te. Statuerant Romæ etiam in omnibus uicis. C. Mario Gratidiano tribus ut dixius: eas dēq; subuer-  
tere Syllæ introitu. pedestres sine dubio Romæ fuere in auctoritate longo tēpore: E questiu tamen  
origo per quā uetus est cū fœminis etiam honore cōicato. Cloeliæ enī statua est equestris: cēu pāge  
esset toga eā cingi: cū nec Lucretiæ: nec Bruto qui expulerant reges: pp quos cloelia iter obsides fue-  
rat: decernerentur. Hanc primā & Oratii coclitis publice dicatā crediderim. Ante enim sibi ac Sybil-  
la Tarquinium & reges ipsos posuisse uerisimile est: nisi cloeliæ positā cē piso traderet ab iis qui una  
obsides fuerant redditis a porsenna in honore eius: habuit e diuerso Annius fæcialis equestre statuā  
cōtra Louis Statoris ædē in uestibulo superiore domus ualeriæ fuisse publicolæ consulis filia: eamq;  
solam fugisse. Tyberimq; transnatuisse: cæteris obsidibus qui porsennæ mittebanſ: interemptis Taiq-  
nii insidiis. L. piso pdidit. M. Aemilio & C. popilio. ii. coss. a censoribus. P. Cornelio Scipione & M.  
popilio statuas circa forum eorū qui magistratus gesserant sublatas oēs: præter eas quæ populi aut se-  
natus sententia statutæ essent. Eam uero quæ apud ædem telluris statuisset sibi. Sp. cassius qui regnū  
affectauerat: etiā conflatā a censoribus. Ni mī in ea quoq; re ambitioni p̄uidebat illi uiri. Extat Ca-  
tonis in censura uociferationes: mulieribus romanis in prouinciis statuas ponī. Nec tamen potuit i-  
hibere: quo minus Romæ poneretur: sicuti corneliæ Graccho & matri: quæ fuit Af. icani p̄ioris filia.  
Sedens enim huic posita: soleisq; sine amento insignis in Metalli publica porticu. Quæ statua nūc ē  
in Octaviæ operibus: publice aut ab exteris posita est romæ. C. Aemilio tribuno plebis lege plata in  
Septimum Siatilium Lucanum: qui thurinos bis infestauerat. Et ob id. C. Aelium thurini statua &  
corona aurea donarunt. Idem postea Fabritium donauere statua liberati obsidione. passimq; statuæ  
in clientela sunt receptæ. Et adeo discrimen omne sublatum: ut Hānibalis etiā statuæ tribus locis ui-  
santur in ea urbe: intra cuius muros solus hostium emisit hastam.

De antiquis statuariis & pretiis signorū imodicis: & colossis in urbe celeberrimis. Cap.vii.

**E**stis autem statuariā aitem familiarem italiæ quoq; & uetustam indicat Hercules ab euā  
dro sacratus: ut produnt: in foro boario: qui triūphalis uocatur: atq; per triūphos uestif ha-  
bitu triūphali. præterea Ianus geminus a nūma rege dicatus: qui pacis belliq; argumento  
colitus. Digytis ita figuratis: ut trecento & quinquagintaquinq; dierū nota per significationē ani tē-  
poris & æui se deū indicaret. Signa quoq; tuscanica p terras dispersa: quæ in etruria factitata nō est  
dubiū. Deorum tantū putarem esse: ni Metrodorus Sceptius cui cognomē: omani nominis odioso  
inditum est. Vulsinios pulsatos propter cētum & decem statuarum signa obiecerit. Mirūq; mihi ui-  
detur cum statuarum in italia tam uetus origo sit: potius Ignea aut fictilia deorum simulacra in delu-  
bris dicata usq; ad deuictam asiam: unde irrepit & luxuria. Similitudines exprimēdi quæ prima fue-  
rit origo: i ea quam plasticen græci uocant dici conuenientius erit. Eteni prior quam statuaria fuit.  
Sed hæc ad infinitū effloruit multoru uoluminum opere si quis plures persequi uelit. Omnia enim  
quis possit: in. M. Scauri ædilitate tria milia signorū in scena tantum fuere temporatio theatro.